- 271 Aequitas locum habet in mutuo.
- 272 Obligatio naturalis oritur ab aequitate.
- 273 Aequum est obligationem dissolui, sed æquius est solvere.
- 274 Debitor an etiam post biennium probare possit non recepisse pecuniam. Exceptionem non numerata pecuniae cui incumbit probare post biennium.
- 275 Statutum reijciens omnes exceptiones, non intelligitur rescire eam, ne quis locupletetur cum aliena iactura. 362.
- 276 Aequitas in contractibus suadet id quod minus damnosum est.
- 277 Venditio ad corpus, vel ad mensuram qualiter fit, nu. 367.
- 278 Aequitas locum habet in curia mercatorum.
- 279 Iudex in curia mercatorum potest procedere de similibus ad similia.
- 280 Aequitas locum habet in ultimis voluntatibus.
- 281 Clausula salva gradus praerogativa. Aequalitas est seruanda. 422.
- 282 Bonorum mobilium appellatio, quae veniunt. Grascia: hoc verbum quid comprehendit.
- 283 Causa testati facit cessare causam intestati.
- 284 Aequitas in statutis locum habet. Ratio naturalis est potens in interpretatione statutorum. 285.
- 285 Consuetudo & aequitas pari passu ambulant circa interpretationem.
- 286 Verba statutorum quando impropriari licet.
- 287 Regulam non fallere, iniquum esse.
- 288 Interpretatio magis aequa, dicitur iustior.
- 289 Statutum contra rigorem iuris introductum trahi potest in consequentiam.
- 290 Aequitas locum habet in opinione doctorum.
- 291 Opinio quae magis attendenda sit infra per discursum.
- 292 Actum, quando iudicandum magis valere quam perire.
- 293 Opinio quae habet regulam, pro se magis attendenda, item quae habet textum, fallit quando exceptio, vel glo. est æquior. 294.
- 294 Opinio favorabilior, & utilior Reip. est amplectenda. & plures in hac re declarationes.
- 295 Aequitas non suffert vt quis iniuriam patiatur.
- 296 Aequitas locum habet in pœnalibus.
- 297 Pœnae appellatione in dubio de qua intelligitur.
- 298 Aequitas non patitur vt quis damnum patiatur.
- 299 Plures percussiones, quot sunt.
- 300 Pluries ac pluries percussus, in quot percussibus verifictur.
- 301 Multae percussiones, in quot verificentur. Multa dicuntur tria.
- 302 Sermo simpliciter prolatus quomodo intelligitur, tex. l. Boes. §. hoc sermone. de ver. sig. declaratur.
- 303 Sclopi exoneratio sine lesione, an & quando sit punibilis pœna ordinaria.
- 304 Pronocatus si exonerat sclopi ad defensam an excusetur. Defensio quando, & pro quibus necessaria dicatur, 305. & 306. 449.
- 305 Inimicum contra si uenire videns, an tenetur expectare, ut prius admenare incipiat, antequam contra eum se defendat.

- Vir honoratus, non debet, nec tenetur fugere ab insultante.*
- 306 *Defensio ut dicatur necessaria debet statim fieri.*
- 307 *Defensio in dubio quando necessaria dici debet.*
- 308 *Vulnerans fugientem praesumitur ad vindictam.*
- 309 *Incontinenti fieri quando dicitur Defensio.*
- 310 *Sclopi ictus non tangens personam an rumpit pacem.*
- 311 *Aequitas in rescriptis locum habet.*
- 312 *Rescriptum in dubio praesumitur iustum.*
- 313 *Rescriptum contra ius tertij praesumitur obreptitium.*
- 314 *Rescriptum contra aequitatem, vel contra ius naturale non valet.*
- 315 *Rescripta derogatoria, vel gratiosa, quibus clausulis componenda.*
- 316 *Clausula motu proprio, quid operatur.*
- 317 *Citatio partis an & quando requiritur in concessione rescriptorum.*
- 318 *Supplicans, & ignoranter mendacium narrans, an excusetur.*
Rescriptum quando ob mendacium non vitietur.
- 319 *Rescriptum qualiter obreptitium.*
- 320 *Taciturnitas per simplicitatem non vitiat rescriptum, secus si per ignorantiam, quae tamen excusatur.*
- 321 *Preces continentes verum, & falsum, & in totum vitiant rescriptum.*
Dispensatio super precibus partim veris, & partim non, an in totum vitietur.
Reg. si De quo magis inesse videtur, ergo de quo minus 321. & econtra si de quo minus, ergo de quo magis.
Supplicatio continens minus, aut magis narratum, quam factum, an reddat rescriptum nullum.
- 322 *Plus & minus non differunt specie.*
- 323 *Stuprum quando vere dicatur commissum.*
- 324 *Dispensatio super casu ficto quando tenet.*
- 325 *Dispensationis tempus datae, & non praesentationis attenditur.*
Factum quod sine dispensatione est prohibitum, an pendente dispensatione concessa, sed nondum recepta, an sit validum.
- 326 *Reg. Cui licet quod plus est, an utique licet quod minus est.*
- 327 *Aequitas in spiritualibus locum habet.*
- 328 *Professores iuris Canonici non debent multum laborari a plicibus iuris.*
- 329 *Aequitas locum habet in vim postliminij, in retrodatione, & in restitutione, & huiusmodi, in quibus fictio cadit.*
- 330 *Aequitas naturalis fictionem non patitur.*
- 331 *Fictio quandoque sine aequitate stare potest, et in materia fictionis, quo ad aequitatem, vi. num. 324. 329. & 330.*
- 332 *Concessio, indulgentia, restitutio, in vno an extendatur ad aliud. vbi plures casus, 333. & seq. 334. & 335.*
- 333 *Deportati seu Galeoti, si capti ab hostibus, & a Christianis recipiantur, an recuperant praesentem libertatem.*
Iudaeus an post Baptismum possit puniri de delictis ante Baptismum commissis. vi. plura in hoc proposito sum. Ang. in verb. Iudaeus.
- 335 *Interpretatione benigna, quae digna sunt.*
- 336 *Aequum & iniquum simul stare non possunt.*
- 337 *Rigor quibus casibus locum habet.*
- 338 *Predicamentum quantitatis, quid.*
Aequitas locum habet in predicamento quantitatis.
- 339 *Omnia cum pondere, numero, & mensura.*
- 340 *Qui omne dicit, nil excludit.*
- 341 *In verbis, & operibus iustum, & aequum pondus esse debet.*
- 342 *Melius est pauca benefacere, quam multis interesse periculis.*
In multiloquio non deest peccatum.
- 343 *Statera aequitatis in verbis, & operibus. 341.*
Nimis festinatum non potest dici ponderatum.
- 344 *Precipitatio est nouerca omnium malorum.*
Princeps omnia cum maturo consilio deliberare det.
Mendax coram Principe eius indignatione incurrit.
- 345 *Consilia qualia esse debent, & quae amplectenda.*
- 346 *Prudenter quae fiunt.*
- 347 *Prudentiae proprium.*
- 348 *Religio quid sit.*
- 349 *Astutia quid.*
Verfugia a quo.
- 350 *Iudices verba oris sui summopere ponderare debent.*
Melius est peccare in tempore, quam in sententia.
- 351 *Dicta testium qualiter ponderanda.*
- 352 *Ponderibus & mensuris iniustis vti omni iure prohibetur, nec teneri possunt.*
Pondus iniquitatis.
- 353 *Fraudatores equiparantur Chanaan.*
- 354 *Penam venientium falsis ponderibus, & mensuris. 361. 365.*
- 355 *Monetae & assis inuectores Qui.*
- 356 *Quadrantes Rami ne falsificentur remedium Roma inuentum.*
Monetam falsam, vel tonsam expedientes.
- 357 *Annonae fraudatores.*
Vendere quando, & quomodo quis cogitur.
- 358 *Vicinus cogitur inuitum prestare viciniam, socius an cogatur vendere partem suae domus.*
Dominus ob nimiam seuitiam seruo priuandus.
- 359 *Maritus quando cogitur restituere uxori dotem.*
- 360 *Dominus ob nimiam seuitiam priuatur feudo.*
- 361 *Pondera & mensurae iustae, & iuste esse debent.*
- 362 *Lesio qualis requiritur ad rescindendum contractum.*
Aequitas non patitur quod quis locupletetur aliena iactura. 275.
Aequitas non patitur quod res vni vendita alteri vendatur.
- 363 *Aequitas non patitur rem vendi duobus.*
- 364 *Vendens vnam rem per alia qua poena tenetur, quid si vendat rem duobus, quid de ementibus. 362. & 363.*
- 365 *Mensor falsus. & de eius poena.*
- 366 *Pondera, & mensurae iustae in publico, & pro publico, & priuato vsu vbi manere debent. infra num. 369.*
- 367 *Mensurari & ponderari qui debent, & qualiter.*
Vendere rem ad mensuram, vel ad corpus differt. 377.
- 368 *Venditor ad mensuram tenetur mensuram praestare.*
- 369 *Terra qualiter sit mensuranda.*
- 370 *Venditio ad numerum.*
- 371 *In maiori summa inest minor.*
- 372 *Vtile per inutile, an & quando vitietur. 565.*
Numum tantum non soluens an luat in corpus.
- 373 *In modico, an & quando non habetur ratio.*
Modici multa miscellanea.
Modica carceratio, modica tortura, modica scriptura, modica mora, modica poena.
- 374 *Modica contumacia, modicum delictum, modicum furtum, modica lesio. 385. ibi modicum praedictum, modica res, modica percussio, modica fraus, modica iniuria.*
- 375 *Furtum modicum qualiter puniatur. & an sit permissum. 373. 377.*

- 376 Res aliena an ioco capi impune liceat.
- 377 Animus lucrandi an presumitur.
- 378 Rem suam propria auctoritate quando licet auferre.
- 379 Represaliarum materia.
- 380 Represalia qua sint, & quando sunt permist, & supra.
- 381 Represalia an pro causa priuata sint concedenda.
- 382 Arrestatio est permisa.
- 383 Represalia tam contra personam quam contra res quando concedantur.
- 384 Represalia quibus ex causis non sint concedenda.
- 385 Latio modica non habetur in consideratione.
Cauere pro modico quis non debet cogi.
Iniuria modica quis infamia non notatur.
- 386 Iudex vel arbiter an in modico ledere possunt.
- 387 Modicum hereditarium habens an dicatur se immisere hereditati.
- 388 Officialis pro modico non est syndicanus.
- 389 Modicus error in tutore, an nocet.
- 390 Modica castigatio magistratibus an licet: modica contrarietas in teste an nocet.
Princeps mandans aliquid fieri in praedictum tertij intelligitur de modico.
- 391 Modicum munus an sit prohibitum.
- 392 Modicum quando nocet, & quando non, & vt supra a nu. 373. cum mult. seq.
- 393 Statuta quando stricte interpretanda.
- 394 Modicum carens dolo non nocet.
- 395 Melius est flere semel, quam semper.
- 396 Melius est negari vnum remedium, quam introduce re malum vsu.
- 397 Lex Platonis non attendenda in penis.
- 398 Stateram iudex qualiter tenere debet.
- 399 Immunitas duodecim liberorum.
- 400 Immunitas duodecim liberorum est de reseruatis Principi.
- 401 Immunitatis controuersia pendente, an conuentus solueri interim debeat.
- 402 Immunitas per pactum concessa non potest tolli. 406.
- 403 Contractus ab initio sunt voluntarij, ex post facto necessarij.
- 404 Generalis dispositio non derogat speciali concessioni.
- 405 Prilegium ex mera gratia concessum, si cursu temporis redderetur iniuquum, tolli potest.
- 406 Principis mens talis praesumitur qualis de iure esse debet.
Concessio facta communitati in vim contractus tolli non potest, sup. 402. & seq.
Molestinum an priuato facere licet in praedictum communitatis. & an sit de regalibus.
- 407 Statutum per quod minor numerus testium sit sufficiens tenet.
- 408 Opinio iusta & aequa subtilioribus rationibus vinci non potest.
- 409 Brutorum exemplis confunduntur homines.
Multitudo an sit causa sufficiens indulgendi.
Civitas, collegium, aut vniuersitas qualiter puniantur.
- 410 Praedictum qualitatis.
- 411 Quod non est, non habet qualitates.
- 412 Statera rigoris & aequitatis in praedictum qualitatis.
Talis quisquis se prestare debet qualis sermone se offert.
- 413 Facta sunt potiora verbis.
- 414 Iura in qualibet dispositione locum habere debent.
- 415 Bastardi non succedunt in feudo.
- Spurij an sint successibiles.
- 416 Iudicium efficax executionem efficacem parit.
- 417 Pater qualis, talis filius.
- 418 Filij qualiter sint obligati erga patriam, & parentes.
Patria, & patriotis bene meritis quantum debemus.
- 419 Pater ad qua tenetur erga filium.
- 420 Dotandi filias onus ab aequitate prouenit.
Qualis quisque fuit talis esse praesumitur.
Qualitas rubricae facit interpretari nigrum.
- 421 Qualitas Praefaty mentem legislatoris declarat.
- 422 Qualitas materiae de quo tractatur, cognoscitur a primordio tituli.
Aequalitas in quo consistit.
- 423 Homines a natura liberi omnes nascebantur.
- 424 Lex talionis de qua olim, abiit in desuetudinem.
- 425 Omnia iam erant communia sicut lux solis.
- 426 Meum & tuum, fuit causa tot malorum.
- 427 Commune quod iam erat, effectum est nullius.
- 428 Inter duos litigantes tertius gaudet.
- 429 Omnia proprio Marte olim gubernabantur sine legibus.
- 430 Leges adiuuentae iuris cuiuscunque sui conseruandi gratia 40. & nu. 48.
- 431 Aequalitas est via seruandi Remp. 422.
- 432 Condemnari qui non possit.
- 433 Doctores hinc inde pares, quorum opinio sequenda sit.
- 434 Par in parem non habet imperium.
- 435 Senectus semper veneranda.
- 436 Homo docilis & rationalis minime indignatur.
- 437 Saluum conductum quando concedere non licet. 438.
- 438 Saluum conductum inferior, vel aequalis quando non concedit.
- 439 Iudex inferior vel aequalis quando non possit, vel possit concedere saluum conductum. 437. 438.
- 440 Concessio vni facta, quando etiam alteri parti intelligitur comunis. quid de restitutione, & huiusmodi.
- 441 In pari turpitudine melior est causa possidentis.
- 442 Statutum quod committens, vel producens falsum perdat causam, quid si vterque scilicet actor & Reus incidant in commissum.
- 443 Iudex aequalitatem seruare debet.
- 444 Quod vni permissum est, alteri vtiue permissum censetur. 440
In penis aequalitas seruanda. 451.
- 445 Statera aequa esse debet, sed magis versus aequitate, quam versus rigorem iudex pendere debet.
- 446 Paritas remouet eandem suspicionem.
Paria sunt dicere haec lex procedit de aequitate, & illa de rigore.
Parium eadem natura.
- 447 Iudex sequendo rigorem vbi aequitatem sequi debet & e contra, iniustitiam facit.
- 448 Omnis disciplina progressus a praecipis generalibus dependet.
- 449 Natura docet aequalitatem seruare.
- 450 Defensio cum moderamine inculpata tutela est omni iure permissa.
- 451 Aequalitas in legibus, & statutis seruanda.
Subditi aequaliter diligendi, & omnes legibus obnoxij.
Qui nescit distinguere, nescit soluere.
- 452 Doctore distinguenti magis credendum.
- 453 Distinctio sapit naturam aequitatis.
- 454 Rigore in cortice aequitas in medulla.
- 455 Legis ad legem sit relatio, vt aequalitas seruetur.
Iudicio non parcenti parcenti, non parcentur illi.
Opiniones sunt recociliadae, sicuti discordiae cocordade.
Lex

- 456 Lex corrigens intelligitur secundum legem correctam propter equalitatem.
Lex interpretans intelligitur secundum naturam legis interpretata.
- 457 Aequalium est idem iudicium.
Nube pari.
- 458 Dei summa bonitas uult omnes, saluos fieri, & sufficientia remedia elargita est.
- 459 Prædicamentum Relationis.
- 460 Craturæ omnes habent relationem ad suum creatorem.
- 461 Dispositum in vno correlatiuorum trahitur ad alterum.
- 462 Condemnare qui non potest, nec absoluerè potest.
- 463 Officium iudicis magis exuberare debet in absoluen- do quam in condemnando.
- 464 Correlatiuorum regula non habet locum ubi æqui- tas deficit.
- 465 Filius quando succedere potest Patri, & pater non potest succedere illi.
Resoluto iure datoris, utique resolutum esse dicitur ius acceptatoris.
- 466 Relatiuum dicitur in referente cum omnibus suis qualitatibus.
Membra omnia relationem habere ad caput.
- 467 Sententia an & quando debet esse conformis libello & quando non.
- 468 Libellus præter stylum Curie formatus an sub- sistat.
- 469 Liquidum per illiquidum an aliquando retardari possit, & de practica liquidationis fiendæ.
- 470 Liquida & illiquida an simul consilio sapientis mit- tendæ.
Clara non veniunt in compromisso.
- 471 Argumentum à compromisso ad consilium sapien- tis an procedat.
- 472 Ignorantia non præsumitur in re clara.
- 473 Statutum arctans ad consilium sapientis quando ob- seruandum.
- 474 Conductor an & quando habet ius retinendi rem conductam vt supra 254.
- 475 Locator quo remedio utitur, vt res sibi resti- tuatur.
- 476 Sententia lata super minus veris an ab eodem retra- ctari possit.
- 477 Procuratores debent apponere clausulam dicto no- mine, ne teneantur, vel infamiam principalis in- currant.
Procurator vel aduocatus aut fideiusor an sint ini- mici, vel solum aduersarij & 224.
- 478 Æquitas in delictis puniendis locum habet.
- 479 Mandans an teneatur eadem pœna vt mandata- rius.
- 480 Mandatarius excedens fines mandati ipse tenetur.
- 481 Assassinus dicitur qui per pecuniam occidit.
- 482 Contractus habet relationem ad præcedentem tra- ctatum.
- 483 Instrumenta duo eodem die confecta cum clausu- la actum vt supra, intelliguntur etiam in eodem loco.
Clausula actum vt supra.
- 484 Clausula vt supra vel clausula finalis refertur ad immediate proxime præcedentia.
Consuetudo in dubio intelligitur de consuetudine longa.
Verba semper ad mediocritatem reducenda.
- 485 Æquitas suadet vt contractus intelligantur corre- spectiui.
Actus immediate facti censentur inuicem corre- spectiui.
- 486 Actus indifferentes iudicantur, boni vel mali secu- dum subiectam materiam.
Osculum illatum mulieri quando suspectum sit.
- 487 Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tē- pus verbi.
- 488 Lex vna declarat alian, sic vnum statutum decla- rat aliud.
Legis principium generale, tota lex generalis est.
- 489 Verbum vnumquodque in statutis censetur apposi- tum cum ministerio, & non superflue.
- 490 Statutum expresse prohibens extrinsecos intelle- ctus, & quod eius verba debeant intelligi ad litte- ram, quam interpretationem recipit.
- 491 Statutorum virtus non stat in cortice verborum, sed in medulla, & sano intellectu.
- 492 Prædicamentum vbi.
- 493 Angelorum Hierarchiæ & gradus.
Res quæque perit extra proprium locum & situm naturalem.
- 494 Domus sua unicuique tutum refugium esse debet.
Pupillus apud matrem educandus.
- 495 Amor nullus vincit paternum.
Æquum est vbi commoda, ibi incommoda.
Pater & mater debent contribuere in necessitatibus filiorum, & quibus casibus non tenentur.
- 496 In contractibus attenditur locus vbi celebrantur.
Locus contractus an traditionis attendendus.
- 497 Verba statutorum sunt ponderanda.
Alienans in forensē pœnam quando incurrit.
- 498 Abrasio quando vitiat.
- 499 Rasura quando falsa censetur.
- 500 Citatio est fienda ad domum propriæ habitationis.
- 501 Citatio quibus casibus necessaria non sit.
- 502 Vbi ceptum iudicium ibi finem habere debet.
- 503 Iudicium an dicatur ceptum per solam citationem.
Æquum est ne quis extra suum forum trahatur.
- 504 Causas aduocare, non licere semper.
- 505 Salarium an iudici subrogato debeatur, si iudici or- dinario non detur.
- 506 Salarium de betur iudici, etiam si partes inter se trā- segerint.
- 507 Condemnationis tertia vel quarta pars quæ dar- debet iudici ordinario, an debetur quoque iudici sub- rogato, vel in eius locum delegato. & 508.
- 508 Nemo cogitur suis stipendijs militare.
- 509 Locus quinam attendendus circa delictorum puni- tionem, quid in procedendo.
- 510 Æquitate suadente semper in dubio benignior sumi- tur interpretatio.
Præscriptio delictorum à statuto strictè interpre- tanda.
- 511 Deus scit omnia, & non est acceptator personarum.
Et de eius essentia potètia, scientia, & bonitate, quid Paul. A post. scripsit.
- 512 Prædicamentum quando.
- 513 Tempus qualiter definitur.
Omnia bona in tempore suo.
- 514 Tempus obligationem non tollit nec inducit.
- 515 Qui citò dat bis dat.
- 516 Mora sua unicuique præiudicium allatura.
- 517 Damnum emergens & lucrum cessans.
Aliud est damnum pati, aliud lucrum non facere.
In curia mercatorum de bono & æquo agitur.
- 518 Vsuræ sunt omni iure prohibita. 522. 523. & 524.
Mutuum dantes, nihil inde sperantes.
- 519 Dispensare contra ius diuinum ex causa Papa potest.
Excusationes vsurariorum, & mensurariorum quæ sint, & qualiter reijciantur.
Cambia sicca detestantur. 522. vbi exemplificat.
- 520 Lucri causa debet esse iustus sudor & bonus labor.
- 521 Tempus vendi non potest, quia sine pretio nobis datum est.

- 522 Pactum inter creditorem & debitorem de accipiendo pecunias ad cambium & recambium, si intra statutum tempus debitor non soluat, an sit licitum.
- 523 Vsuraria acquisitio est præter naturam.
- 524 Cambium de loco ad locum quando sit licitum, secus de tempore ad tempus.
- 524 Practica articulandi interesse cambiorum. Cambia an sint semper prohibita.
- 525 Montis pietatis interesse pro pecunijs ibi positis, an sit licitum.
- 526 Tempus pro tempore poni non potest, & ibi exemplum.
- 527 Tempus ablatum restitui potest. Tempus semel suppletum, iterum non suppleri.
- 528 Inducit quando duplicantur. Aequitas in dubio amplectenda. Tempus quando dilatari, vel coartari licet.
- 529 Aequitas in penalibus locum habet. Tempus venditionis an verò traditionis attendatur quo ad evitandam pœnam, quid quo ad gabellam.
- 530 Tempus in materia minorum, testium, fideiussorū, debitorum & huiusmodi remissive. Tempus currit etiam rusticis, mulieribus, & minoribus in ijs, quæ sunt inducta ad rigorem iuris. Ignorantia quando non excusat.
- 531 Tempus an & quando currit ignorantem. 530. Scientia quando non sufficit circa actum præiudicalem.
- 532 Actus formalis an per equipollens fieri possit. Mora quando purgari potest.
- 533 Clausula ipso iure sapit rigorem. Mora modica ab æquitate excusatur.
- 534 A die tali, an eadem die tempus currere incipit.
- 535 Tempus quod attendi debet in delictis puniendis. Tempus quando impedito non currit. Carceratio diuturna est pars pœnæ. Pœna pro delicto antiquo minuenda.
- 536 Solutio diutina an obligationem inducit.
- 537 Consuetudo diutina contra ius diuinum non tenet, idem si contra naturalem æquitatem.
- 538 Tempus quanta mala parit.
- 539 Prædicamentum actionis.
- 539 Omnis actus humani dependet à voluntate & potestate.
- 540 Perfectio in facto, & imperfectio in non factum.
- 541 Actum magis valere, quam perire. 541. Actus quantumcumque favorabilis in alterius præiudicium principaliter non subsistit.
- 542 Actio secundum Phil. quid sit.
- 543 Primum in intentione, ultimum in operatione omne a gens agit propter finem.
- 544 Principium an finis in delictis attendendum. Delinquens præter intentionem delinquendi mitius punitur.
- 545 Aequitas naturali ratione admonet ad bene vivendum bene faciendum.
- 546 Christi omnis actio, christianorum est instructio.
- 547 Christus in primo adventu æquitate & misericordia plenus, in 2. Adventu venit in æquitate, & iustitia.
- 548 Actio ex obligatione in rem vel in personam ex facto duorum, vel unius tantum largitate. Argumentum rem, de qua tractatur ostendit.
- 549 Rigor quando & quibus causis æquitatem associat, atque adiuvat ei.
- 550 Quod prodest attenditur. Favere quibus debemus, & quando.
- 551 Procurator in iudicio quasi publico an pro reo absente intervenire possit. Causa vna intentata, & probata alia, de æquitate
- iudicari potest super probata. num. 575.
- 552 Agens ad duo & probans de vno: de æquitate obtinebit, ubi potest sola facti veritate attentata procedere. Iudicium claudicare non debet.
- 553 Privilegiatus non gaudet privilegio contra æque privilegiatum. ubi de ecclesia, pupillo, paupere, fisco, minore. 558. limita. nu. 561.
- 554 Ecclesia contra Ecclesiam non præscribit. Præscriptio odiosa, & suscipio favorabilis.
- 555 Pauper alere pauperem non tenetur.
- 556 Donatio facta a minore, uxori minori an valet.
- 557 Laicus eodem privilegio utitur contra clericum, quo clericus contra eundem laicum, & multa in hoc proposito. Fiscus succedens privato utitur privilegio privati. Minor succedens in loco maioris utitur eodem privilegio maioris.
- 558 Qui in alterius locum succedit eiusdem iuris esse censetur 556. & 557. Creditor privilegiatus non utitur privilegio contra debitorem æque privilegiatum, vel contra alium creditorem. Bulletinus moratorius quando debitori prodest.
- 559 Pia causa instituta non detrahit Falcidiam neque Trebellianicam de legatis ad pias causas.
- 560 Privilegiatus renuntiare non potest privilegij misericordie causa concessis, nec respectu honoris respectantis corpus vnius collegij, vel militiae.
- 561 Privilegiatus quando utitur privilegio contra æque privilegiatum.
- 562 Aequitas non procedit ex abrupto sed rationabiliter.
- 563 Concessum uni quando patrocinat alteri. Appellatio fit vnum corpus cum appellato quando appellatus illi adheret.
- 564 Appellationi adherere quid sit. Utile per inutile non vitatur. 372.
- 565 Nocere, & prodesse id quod habetur vel amittitur.
- 566 Adhæsiō appellationi sufficit appellatione pendente fieri, ante vel post, ubi proceditur de bono & æquo.
- 567 Clausula de bono & æquo dispensat 574.
- 568 Clausula sola facti veritate attentata non potest tantum quantum clausula de bono & æquo.
- 568 Mora iudicialis de æquitate purgari permittitur. Confessio aut responsio qualificata de æquitate admittenda.
- 569 Sententia quando æquitate suadente retractari possit. Genuæ vsus meliorandi sententias, an alibi idem sit declarare eas per motiva.
- 570 Motiva an sint pars sententiæ.
- 571 Prolixitas in Iudice, Advocato, Procuratore, & Auditore non est laudabilis.
- 572 Veritas quattuor modis principaliter opprimitur. Melius est peccare in tempore quam in sententia.
- 573 Obligatio est mater actionis, & obligatio est stricti iuris. Exceptiones ab æquitate proveniunt. Circuitus evitandi. 612. Occasio laborum, litium & expensarum auferrèda.
- 574 Clausula de bono & æquo solo facti veritate attentata quid operetur. Causæ pauperum qualiter tractandæ. Bona vxoris a viro alienata quomodo vxor repetere potest & vindicare à tertio possessore. Pretium rei vxoris alienatæ cum consensu vxoris, si vir confitetur recepisse, non nocet vxori. Confessio viri quando præiudicat vxori. 577.
- 575 Tex. l. habebat. ff. de insti. act. declaratur.
- 576 Absolutio à iuramento non petita per Procuratorem mulieris, an sua principali efficiat. Periurium non est sine dolo.


- 577 Periuus non est qui venit contra instrumentum in
ratum ex capite non impleti pro parte aduersa.
- 578 Mandatum strictè interpretandum.
Mandatum habens ad vendendum, non potest fide
habere de pretio, neque extèditur ad consistendum.
- 579 Mandati forma non seruata, actus quando est ipso
iure nullus.
- 580 Accusatore deficiente æquitatis ex officio procedere,
ne delicta remaneant impunita.
- 581 Dolus nemini patrocinatur.
Agentes & consentientes pari pœna puniri, & qua
liter hoc verum sit.
- 582 Agens non concurrente voluntate excusatur.
- 583 Voluntas quando attendatur, & quando effectus.
583. & quid de voluntate coacta.
Excusatione digni qui sunt 582.
Exitus an voluntas attenditur.
- 584 Factum an voluntas attendendum. nu. 583.
- 585 Dolus in quibus presumitur.
- 586 Pœna in facto proprio grauior quam in facto alieno.
Voluntas difficilis probationis.
- 587 Animus & voluntas distinguunt maleficia.
Excessus carès animo vlciscendi non rumpit pacem.
Adulterium nec raptus puellæ. nu. 591.
- 588 Dans operam rei licitæ, si oriatur illicitum attenditur
quod prodest.
Testis sine dolo mendax excusatur à pœna falsi. 596.
- 589 Voluntas delinquendi, quando abesse dicitur in deli
cto. 591.
- 590 Canem verberare alienum non licere: eijci posse sic.
- 591 Canes sunt inter nostra Domestica.
- 592 Vellens vulnerare Titium, & vulnerans me diato
rem qua pœna puniendus.
- 593 Operam rei illicitæ dare quot modis dicitur.
Delictis occasionem dans, vt de irritantibus cabro
nes, canes, equos, & huiusmodi qua pœna teneatur.
De pauperie plura exempla.
Qui causam damni dat damnium de disse videtur.
594-595.
Animalia damnium dantia suapte natura vel facto
hominis, quid iudicandum.
- 594 Mulio tenetur si mulus det damnium.
Culpa quando præcedere dicitur casum.
- 595 Bannitos capere vellens, an puniatur si incendium
vel aliud damnium in rem aut in personam non ban
nitam interuenerit.
Crudelitas nimia culpæ ascribenda.
- 596 Credens fide digno an sit excusandus.
Custos carcerum si nobilis fugiat an excusandus.
- 597 Custos arcis an teneatur si arcis custodiam viro fide
digno commisit.
- 598 Æquitas est aduocata hominum bonæ intentionis.
- 599 Iudex esse non debet, qui non valet irrumperè ini
quitatem.
Qui in se iustus sic in alios esse presumitur, & econ
tra. Dei filius adeo misericors ut pro nobis patere
tur, miracula fecit, & ne Martyres martyrium
paterentur, vtique miracula fecit.
- 600 Aduocati quales esse debent.
- 601 D. Ioannis Ventura Iuriscons. & Aduocati Flo
rent. & eius familia laudes.
- 602 Prædicamentum Passionis.
- 603 Dispositum in vno quando locum habet in pœnali
bus in alio.
Prohibitum vni ex correlatiuis censetur prohibitum
alteri.
- 604 Omne agens rectè agit in patiente bene disposito.
- 605 Agere & pati naturaliter posse.
Passio animi & corporis quando & per quæ.
- 606 Conscientia proprii sceleris mille testes. bona alacri
ter defendit Innocentes.
- 607 Potestati alienæ subiecti obedientiam seruare debent.
- 608 Superiores non carent labore & sudore in bene ad
ministranda iustitia.
Agere, & pati omnibus datur.
- 609 Æquitas circa politica, & moralia, agit & patitur.
Homo ex quibus agit & patitur.
- 610 Passio in rem, et circa res & seruitutes.
- 611 Actiones cur hodie sicut olim non proponantur.
Clausula omni meliori modo.
Clausula super quibus omnibus.
- 612 Actio ex æquitate datur etiam illi cum quo nullum
est negotium ex alijs de causis.
Circuits quando evitandi sunt. 573.
- 613 Afflictio non est danda afflictio.
- 614 Factum vnius ex socijs quando nocet alteri, et quid
si vnus committat maleficium.
Socius cõdenatus ob maleficiũ, an nocet alteri socio.
- 615 Filius condemnatus ob maleficium si pater pœnam
soluit, an compensetur in suam partem.
- 616 Pater an & quando teneatur pro delicto filij.
- 617 Æquitas locum habet in causis mixtis.
- 618 Passiones suscipiunt magis atque minus.
Mandans qualiter intelligitur teneri pro excessu
mandatarij.
- 619 Homo pro Deo pati debet maximè cum Christus
pro homine passus est.
- 620 Prædicamentum situs.
Cor est Dux ceterorum membrorum.
Caput hominis, an cor procedat. 621. 622.
Natura prudentissima nil frustra agit.
- 621 Deũ quibus actibus exterioribus colere debemus.
Dei potentiam, sapientiam, & bonitatem quibus acti
bus exterioribus præcipuè confitemur.
Dei donum est intelligere scripturas.
Deum negamus peccando.
Appellatione hominis etiam potentie anime immor
talis continentur.
Caput hominis vbi sepultum, facit locũ religiosum.
- 622 Arbor cuius radices, vel rami extenduntur in fun
dum vicini eius, fructus cuius sunt.
Ramos arboris in meo fundo protendentes & vin
bram facientes an cedere possum, quid de radice.
- 623 Homo & eius dignitas ad quem finem creatus.
Homo peccator inuentis comparatur.
Foveas facere in suo vel alieno pro capiendis ani
malibus an licet.
- 624 Angelica natura Hierarchie & ordines, & situs.
- 625 Lucifer excelsior erat inter Angelos. Situm cæli
emyrei (in quo creatus fuit) superbia amisit.
Superbia Luciferis.
- 626 Michael Archangelus domator Luciferi.
Prælium in cælo.
- 627 Æquum & iustum esse vt quisquis maneat in
sua vocatione.
- 628 Deus, & si vbique sit, tamen sedere in cælo empy
reo habet.
Mansiones Beatorum in cælo.
- 629 Anima à Deo à situ cæli in homine creata.
Ad Deum & ad eundem situm redire debet.
- 630 Situs sub cælo quæ continet.
Eclipsis & Cometæ.
- 631 Res mala se habere extra proprium situm.
- 632 Cælorum & aeris infortunia & tempestates qua
de causa generantur, et quib. remedijs occurritur.
Nemo habitare tenetur sub malo aere.
- 633 Auis super arboribus dicitur in aere stare.
Situs super terrã & in inferiorib. partibus qualis.
Purgatorium vbi situm, & ibi æquitas quoque lo
cum habet.
- 634 Rigor an sine æquitate in Inferno.
- 635 Situs Sedis Apostolicæ Romæ.
Petrus & Paulus Apost. sunt duo lumina & dua
columnæ Ecclesiæ.

- 636 Romæ patria cōmunis. Vbi quilibet conueniri pōt.
- 637 Romæ. Forenses an conueniri possint.
- 638 Asylum apud Romanos quid.
- 639 Immunitas Ecclesiastica ut conseruetur: Rigor et æquitas simul laborant.
- 640 Infideles non gaudent immunitate Ecclesiastica. Ritus Iudeorum num magis tollerandi quam aliorum infidelium.
- 641 Iudæi nullo æquitatis priuilegio gaudere debent. Situs Ecclesiæ, & cœmeterij & domus Episcoporum qua immunitate gaudent. Confugiens ad corpus Christi gaudet immunitatem Ecclesiasticam.
- 642 Signa ponere super scammis Ecclesiæ ad præueniendum locum in Ecclesiis an iure tenet. Loca in Ecclesia sedendi causa an possideri signo aliquo apposito ualeant.
- 643 Deo dicatum in nullius bonis est.
- 644 Possessio in Ecclesia non acquiritur. nu. 642. 643. & seq. & 647.
- 645 Possedi modus fictus est cōtra naturalē æquitatē. Sedilia in Ecclesia an aliquo signo apposito præoccupari possint. 642. & seq.
- 646 Possessio semel extincta amplius reintegrari nō pōt.
- 647 Possessio dicitur quasi pedum positio. Possessio rerum mobilium acquiritur manibus, quid per retentionem clauium beneficij ecclesiastici.
- 647 Signatura sola an possessionem importet.
- 648 Ecclesia mater indistinctē omnium Christi fidelium.
- 649 Ordo sedendi in Ecclesiis. Cathedra Regis in Ecclesia qualis & quomodo esse & stare debet pulchrè describitur.
- 650 Rex iustus sedes super sedem suam. quidquam malignum non aduersabitur.
- 651 Lex agraria ad quid inuenta. Aedificare in suo non licere ad æmulationem animo officinandi uicino. Muri sine calce an propè uicinum edificare licet.
- 652 Aedificare ad æmulationem quando quis dicitur.
- 653 Caminum nouum propter fumum an licet facere.
- 654 Aedificare turrim, murum ualde altum, uel fortilitium, an Domino liceat.
- 655 Debitor conueniri potest ubi habet rem sitam.
- 656 Situs in delictis spectandus est.
- 657 Corpus offensus situs considerandus, & ad quid. Faciem hominis studiosè deturpantes sfrisantes & stercorizantes. Studiosè, idem est quod data opera. Statuta Flor. Rubr. 118. & 119. libr. 3. circa aduerbium studiosè declarantur.
- 658 Condemnatus pro vulnere, & non pro cicatrice an postea sententia retractari possit.
- 659 Delicta statutaria qua & contra transgressores æquitas seruanda. Quæ propter necessitatem fieri contingunt pœnam non merentur. Projiciens in via aliquid prohibitum an sit punibile semper.
- 660 Domus demolitio ex quibus causis fiat.
- 661 Ciuitas post desolationem reedificata & restituta an reacquirat antiqua priuilegia. Ecclesia destructa an efficiatur situs prophanus.
- 662 Aedificans iuxta litus maris quid iuris, quid destructo edificio.
- 663 Qualibet res de facili reuertitur ad propriam naturam.
- 663 Vfus maris publicus dicitur. Gemæ, coralia & huiusmodi piscari in mari an licet & cuius sunt. Naufragio res in mari eiectæ an sint piscatoris.
- 664 Prædicamentum habitus. Habitus quot modis sumitur.
- 665 Animi pulchritudo an quadoq; ab habitu arguitur.
- 666 Habitus in brutis qualis sit. Fere bestia quando capientium non sunt.
- 667 Æquitas, & quædam naturalis iustitia dicitur esse in animantibus.
- 668 Animantia creata ut homini seruirent, cur rebellia effecta sint, quasi inimica.
- 669 Habitus hominis duplex. Viro bono æquitas patrociniatur.
- 670 Vir malus dignus rigore. Vir malus cur viuere permittitur.
- 671 Animus quibus habitibus vestitur. Humanitas est habitus quo omnes præsertim iudices indui debent.
- 672 Resurrectio mortuorum alijs vitam, alijs mortem.
- 673 Habitus quibus corpus humanum induitur. Vestibus auratis qui uti possunt.
- 674 Vestibus publicæ personæ priuatus induens se qua pœna puniendus. Facta a seruo vestibus Domini induto an tenent.
- 675 Laicus quando excusatur contra clericum non indetentem in habitu.
- 676 Hebrei qui signum croceum non seruit puniendi.
- 677 Ornamenta corporis, & animæ quæ sint.
- 678 Sanctitas est omnium virtutum excelsior.
- 679 Virtutes quæ sint enumerantur hic. 40. cum eorum definitionibus.
- 680 Politica de quo tractat. quid economica, & quid Ethica, & quid Paul. Apost. de hoc sentiat.
- 681 Habitus monachum non facit. & multa in hoc proposito habitus.
- 682 Habitus clericalis quod priuilegium habet.
- 683 Habitus clericalem, uel religiosum dimittens quid perdit.
- 684 Habitus religionis an ex causa dimittere licet. Vestes sacre ad usum prophanum, nec vestes prophane ad usum sacrum conuertenda sunt.
- 685 Habitus modestus uenustatē animi indicat. & 687. Magistratus virum ostendit. Toga indicat magistratum.
- 686 Vfus fructus uxori legatus donec habitum vidualem induerit, quid importat. Vidua qualis esse debet.
- 687 Vidualem vitam seruare quando dicitur. Vidua an lugere tenetur virum. Vidua si intra annum luctus nupsit vestes reddere debet.
- 688 Habitationis uxori legatæ appellatione quæ continentur.
- 689 Habere alienum iniuste non licet. Ius in spe habere qualiter intelligitur.
- 690 Interpretatio obligationum & excommunicationum qualis sumi debet.
- 691 In interpretanda obligatione quæ requirantur. Verisimile est quem minus voluisse obligari, quam fieri possit. Testis verisimilia deponēs parte nō citata an tenet. Clausula sola facti veritate attentata quantum ualet in iudicijs.
- 692 Reg. à priuatione ad habitum, qualiter procedit.
- 693 Facere de facto aliquid non sufficit.
- 694 Facta an & quando tenent.
- 695 Bannitus vel excommunicatus si simpliciter bannum vel excommunicationem non negat, tenetur probare fuisse rebannitum vel absolutum. Statutum puniens in amputatione manus qualiter intelligendum. num. 698.
- 697 Execrans alium an eadem pœna sit puniendus.
- 698 Sententia declaratoria quando requiritur, & quando condemnatoria. Pœna, quando ipso iure incurritur & quando non.
- 699 Mox, statim, Dictio quid importat.
- 700 Fructus post delictum pendentes an sint fisci.

11

DE BRACHIO REGIO

PARS SEXTA.



DE AEQVITATE, ET RIGORE.



Um Deus Optimus Maximus, prouidentia sua corruptibilibus omnibus prouideat, & finem (in se ipsum scilicet, qui finis est) ordinet & dirigat, omnia, atque cuncta gubernet, hinc Boet. ijs versibus scriptum relinquit.

1 O, qui perpetua mundum ratione gubernas,
 2 Terram, caelique sator, qui tempus ab aeo
 3 Ire iubes, stabilique manens, dat cuncta moueri.

2 Ipse namque Deus, ubique regnat, ubique imperat, ubique Maiestas eius omnia replet, & complectitur vniuersa. Psal. 23. & 144. caelum, & terram ego impleo, & ut ait Philos. Deus est omnia, sciens, mouens, & sentiens. Itaque Deus, per Moysen, cuncto populo mandauit, vt omnia, pondere, numero, & mensura, disponerentur. Leuitic. c. 19. in si. ibi, nolite facere iniquum aliquid in iudicio: in regula; in pondere, in mensura: statera iusta, & aequa sint pondera, iustus modius, equus sextarius, & quae sequuntur, ad quam manus, & oculos iudices semper habebunt, si memores fuerint. c. cum aeterni. de rei iud. in 6. & illa statera est omnino euitanda, qua grauius pro se, leuius pro alio ponderamus. 24. q. 1. c. no afferamus, sed omnis iudex diligenter cauere debet, vt in vtroque penset veritatem & misericordiam, vt 45. Distinct. c. omnis, & quilibet, quasi in statera sermones, & gressus suos ponderet, 50. Distinct. cap. ponderet. & S. Aug. in libr. 5. confess. cap. 4. Sic ait, sic fidelis homo cuius totus mundus diuitiarum est, & quasi nihil habens, omnia possidet, in haerendo tibi, cui seruiunt omnia, quamuis, nec saltem septentrionis gyros nouerit, dubitare stultum est, quin vtiq; melior sit, quam mensor caeli, & numerator syderum, & pensor elementorum; & negligens tu? Qui omnia in mensura, & numero, & pondere dispouisti, & qui alijs praestit inuigilare oportet, vt (si fieri possit) irreprensibilis sit, iux. c. oportet. 8. q. 1. Nam (vt ait Hippocr. Aphorif. 37.) Qui bene se habent corpore difficulter ferunt medicatioes, vt de illis iudicibus integerrimis, euenire solet, agre ferentibus moneri ab illis, qui magis mentione egent.

4 Et cum in rebus nouis constituendis, atque edendis vtilitas potissimum cum aequitate inspicienda sit & in rebus fugiendis rigor. ar. leg. in rebus. ff. de constitut. Princ. & not. Imperat. in Proem. Institut. §. cumque Deo propitio. vbi gloss. in verbo vtile, vtrumque difficile, ac periculosum est. Non enim melatet quod vita breuis est, ars longa, occasio volucris experientia periculosa, iudicium difficile, vt inquit Hippocr. Aphorif. primo. Vnde Virgil. libr. 3. Georg. bene ijs versibus concludit.

5 Optima quaeque dies miseris mortalibus aui,
 6 Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus.
 7 Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Et quod difficilius, arbitrij nostri non est, quod quisq; bene loquatur, & sentiat, uerum tamen qui per syluam variarum lectionum vagatur, per spinas, & tribulos vagari oportet, ibi herbas olentes, & odoriferas recolligit, alias respuit. Qua de re spatia quae haecenus in hoc tractatu iam scripsi in hac sexta parte recolligere curauit, confusus, & sperans in Deo, qui sicut filio suo promisit & praestitit auxilium suum circa humanitatem, vt sentit Dauid. Psal. 88. Manus enim mea auxiliabitur ei & Brachium meum confortabit eum, ad quod v. exposit. Iacob. de Valent. ita in hac sexta parte de Brachio Regio, penes alios de manu Regia, auxilium diuinum petam in quo sperabo, vt manu firma, & Brachio forti stateram nostram rigoris, & aequitatis gestare possim, & valeam percurrere quoq; hoc mare magnum & spatiosum, non verbis, quibus vtuntur omnes tantum, assequi laudis, & gloriae videar, vt ait Quint. libro secundo institut. sed quae in praxi agenda atque obseruari oportet, ipse alios docendo & ad discam.

5 Continet enim materia nostra (quam Rigoris, & aequitatis stateram appellamus) quicquid super terram est, ab ortu, ad occasum, ab Austro, ad Aquilonem, Quid plura? quae in caelo, terra, & in inferno comprehenduntur, omnia cum pondere, numero, & mensura, quamuis diuersimodè. Nam Deus Optimus Maximus, summa eius largitate, in caelo praemiatur ultra condignum

- in inferno autem punit æquitate sua citra condignum.
- 6 Et in omni opere Dei fit iustitia simul cum misericordia. S. Thom. 1. par. sum. m. q. 21. art. 4. Et in terris hunc humiliat, hunc exaltat, quia calix in manu Dei plenus mixto, ut cecinit David. ps. 32. & in arca Dei intus conseruabatur virga cum manna, unde amorem & timorem Dei & nos in arca cordis nostri conseruare debemus, timorem ne præsumamus, amorem, ne disperemus. Dion. Areopag.
- 7 In hac statera cuncta creaturæ, actus, motus, gestus, mens, & omnia æquo libramine ponderantur; & ea quæ iusti, vel iniusti ponderis sunt, optimè dignoscuntur: verum enim vero coram Deo, & Iesu Christo eius filio, nemo iustus reperitur, secundum Iob. capit. 4. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in Angelis suis, reperit (in aliquibus tantum) prauitatem. Excipiturque semper immaculata virgo Maria, Dei, & Domini nostri Iesu Christi Mater, sine peccato concepta, ab initio & ante secula semper ab omni labe penitus penitus præseruata, de qua dicitur, quod nemo tam iustus, quam ipsa virgo Mater plena gratiæ. Sed quò ad alios, quamuis iusti, tamen non sic scriptum est enim, septies in die cadit iustus.
- 9 At æquitas atque misericordia diuina iustos fulgere facit, & iniustos iustificat Ezech. c. 18. Matt. c. 12. & Apostol. ad Rom. c. 8. & alibi, impios autem a iustis segregatos iudicabit. Prouer. capit. 14. En quam dispar exitus, quibus rigor, quibus æquitas, sed in operibus huius mundi, equidem homines sepe fallunt: nam quandoque rigor seruat, ubi æquitas suadet & e contra, ideoque ubi opus est rigore non est utendum æquitate, & ubi æquitas suadet, rigor cessare debet, alioquin errabitur, ut infra. nu. 161. Hinc dixi quòd liberi arbitrij vires non sunt concedendæ in eruditis, sed probis & expertis part. 1. num. 46. & 47. Nam officium, & discretio pari passu ambulant. part. 2. num. 127. part. 5. nu. 37.
- 10 Itaque aduertendum est ne decipiamur, ne nimium iusti, sed æqui ponderis simus, Eccles. c. 7. Nam nimium iustus peribit in iustitia sua ut in c. plerunque 2. q. 7. & in c. non potest. 23. q. 4. & in c. serpens. de pæn. distinct. 1. Tiraq. de retract. con. sangui. §. 35. glo. 1. sub nu. 12. & 13. dixi sup. par. 3. sub nu. 120.
- 11 Summum enim ius summa malitia, summa iniuria, & summa crux. Tiraq. ubi supra num. 6. cum seq. & plerunque sub authoritate iuris, & in ampla Balia erramus. l. si seruum. §. sequitur. de verb. oblig. & Cicer. libr. 1. offic. Existunt (inquit) etiam sepe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida iuris interpretatione: ex quo illud summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerbum, de quo in hoc propos. meminit Didac. Couarr. vi. eruditissimus, præterquam ubi tam strictè loquitur de immunitate ecclesiastica cui parum fauet, in ceteris verò est magnus Doctor tract. var. resol. par. 2. §. 6. sub num. 3. ver. ex quibus. cau. 592. in fi. sed ipse teneo quòd summum ius, sit summa crux quando corde & animo diro, & crudeli, absque scintilla æquitatis iudex iudicat, vel procedit, nil in se humanitatis habens, ut not. 12 in leg. de ætate. ff. de probat. Non autem sic de summa æquitate censendum est, cui aliquod vitium ascribi minime potest. nam summa æquitas, summa ratio dicitur, l. verum in princip. ff. pro soc. Quinimmo nihil agendum est, ubi agens dubitare possit, nunquid æquum sit, aut iniquum id quòd agere intendit. Cicer. in primo libr. offic. quem Tiraq. adducit in dicto §. 35. glo. 1. num. 6. cum sequentibus. Verum in rebus spiritualibus dum opera rei Sanctæ, vel licitæ datur, & agens dubitat nunquid meritorie faciat, potius facere debet, quam abstinere, dum penitet mali & sperat in bonitate Dei, & quouis modo semper bonum est bene facere.
- 14 At secundum materiam nostram legalem, summo ius pro stricto ordine iuris, siue quo ad modum procedendi, siue quo ad decisionem causarum, accipitur summum ius, quandoque pro summo rigore, & quandoque pro summa æquitate, ut subiecta materia exposcunt, ut quia fit fauorabilis, aut odiosa, ar. l. si vno anno. ff. locat. & infra explicabitur. Nam contra prauos, & consuetudinarios delinquentes, & in atrocioribus delictis, etiam alijs casibus ab omni iure improbat, asperitate rigoris eundem, & procedendum est, quia in similibus æquitas induitur rigore. ut in 3. par. nu. 33. ijs tribus videlicet concurrentibus, mala qualitate personæ, causæ, & effectus, tunc æquitas flet, & non est locus veniæ, Tiraq. de retract. con. sangui. §. 35. gloss. 1. num. 17. & his cõcurrentibus seueritas circa statutorum interpretationem locum habere potest, ut l. 2. in princ. ff. de custo. reor. Et hoc modo reconciliantur ij duo milites legalis philosophiæ, videlicet, Tiraq. & Couarr. var. resol. in 2. par. c. 6. sub nu. 3. ver. ex quibus deducitur, car. 592. ubi seueram interpretationem damnare videtur, habet etiam locum in sententia, ut l. 1. §. casum. ff. de postul. & in iudice authoritatem Brachij Regij exerceente, ut late in prima & quarta parte dictum est, præsertim legum conseruatores seueri esse debent non tamen indistincte, ut aduertit Cic. ad verum 1. libr. offic. Sed contra dolosos legum contemptores & temerarios, ut illi qui nulla necessitate coacti, sed sola animi peruersitate, propria malitia, & calliditate, ducti, obstinate leges transgredi malunt quam legibus virtuosè viuere. Sunt enim incapaces, & non scripti uti odiosi in libro elementarum legum humanarum, non in legibus æquitatis, sed rigoris, ar. l. Lucius Titius. §. Dama. ff. de legat. 2. profecto mercedem talem habere debet, qualem ex eorum industria meruerunt, iux. l. 1. ad leg. Cor. de fican. effecti sunt indigni auxilio legum. l. auxilium. ff. de minor. ut infra. ad aliud propositum dicam, quia de re rigor contra huiusmodi proteruos experiri debet.
- 18 Ceterum quando agens quadam lasciuia, & ab impetu iræ motus, vel prouocatus, in aliquod prohibitum incidisset, attentis bonis moribus, & eius bona qualitate, benemeritus est æquitatis ob quam rigor cessare debet. Grat. in §. charitas. & §. exordia. de pæn. distinct. ubi glo. de Peni. cuius dictum secundum Tiraq. de pæn. temp. caus. si sub. nu. 156. in fin. fuit prius Cicer. in orat. pro Pub. Sylla. ibi non ex crimine, sed ex moribus eius qui arguitur est ponderandum. vi. in propos. in pract. de test. par. 4. sub nu. 80. & infra latius suis loco, & tempore dicitur, & in 5. par. sub nu. 59.
- 19 Sed ne confusè, vel (ut fertur) illotis, & arctis manibus rem tam vtilem & amplam, atque practicabilem perstringamus, & ut ordinate procedamus, opere pretium duxi, eam diuidere, Nam primo scire oportet, quid sit lex, iustitia, ius, iustum, æquitas, & rigor, quæ ignorare turpe est iuris perito. ut ait Bologn. deleg. iur. & aquita. c. 1. nu. 17. 18. Secundo Regulas quasdam Rigoris, & æquitatis tradere.

Tertio totam materiam Rigoris, & æquitatis sub decem Prædicamentis reducere.

Ex quibus omnibus Theoricam, & Practicam, simul percipiemus bene gestandi, & ritè, ac rectè vtendi hæc statera Rigoris, & æquitatis, vt iusto libramine, quæ ad iustitiam administrandam spectant, ponderemus.

- 20 Igitur omiſſa horum duorum verborum diſpuratione, quam ſophiſticiſ, & cauilloſis libenter reſponſo, de quibus loquitur l. 2. C. de conſtitu. & l. 65. ea eſt natura. de regul. iur. vbi Vlp. dicit: Ea eſt natura cauillationis, quam Græci *ὀδύσση*, appellant, vt ab euidenter veris per breuiſſimas diſputationes ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducantur, quemadmodum idem Vlp. Iuriſc. in materia definitionis ait in l. omnis definitio. 202. cod. tit. Omnis namque definitio in iure periculofa eſt. Parum eſt enim vt ſubverti non poſſit. Et ij qui digito magis, quam auribus circa fidem credent re volant, carent merito fidei. Quia fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum, Apoſtol. ad Hebræ. capitu. 11. Marc. capitu. 11. eſt glo. in Rubr. C. de ſumma trinit. & fide Catholic.
- 21 Et quamuis rigor, & æquitas, inter ſe differre videantur, ſicut ius, & iuſtitia, & lex, ſecundum Doctorum ſubtilitates, tamen attento fine non ſunt contraria. Nam color rubeus non eſt contrarius nigro, ſed albus ſic. Aliud enim ſecundum Philoſ. eſt differre, aliud contrarium eſſe, vt de igne & aqua, calida, & frigido. At Rigor, & æquitas habent inter ſe relationem, ac quandam ſympatiam, aut concordantiam, vel deriuationem, vt multoties idem ſonare videantur, ſicut dicit Bologn. in tractatu, de leg. iur. & æquitate capitu. 14. nume. primo, inter tracta. diuerſo. tom. 1.
- 22 Hinc dicitur de regula & iure; Nam regula eſt, quæ rem, quæ eſt, breuiter enarrat, non vt ex regula ius ſumatur, ſed ex iure quod eſt, regula fiat, quæ ſimul cum aliquo vitata eſt, perdit officium ſuum, vt ait Paulus Iuriſcon. in d. l. 1. de regul. iur. Verum, licet exceptiones videntur à regula differre, tamen & ipſæ ſunt de regula, & in ea in eſſe comprehenduntur, vt ibi in glo. magna. circa fin.
- 23 Similiter ius, & iuſtitia confunduntur quandoque, ſed iuſtitia dicitur Mater, ius autem iuſtitie filius, l. 1. ff. de iuſt. & iur. ibi ius ſuum tribuit, & in §. 1. inſtitu. eo. tit. Pariter ius, & ratio confunduntur. Nam cum dicimus rationem id expoſcere, intelligimus eſſe iuris, & tamen ratio non eſt ius, ſed ratio dicitur eſſe anima legis, l. cum ratio, ff. de bo. damnat. adeo quod lex ſine ratione mortua eſſe dicitur, l. quod dicitur, ff. de pact. c. conſuetudo, Diſtinct. prima, ſicut religio eſt anima Reipub. Ergo Reſpub. ſine religione dicitur mortua. Hinc apud Genuenſes sæpè dici ſolet, quãdo quis ſine ratione loquitur, vade alloqui mortuos, quod eſt not. quia nonnulli Iuriſconſulti dicere nescierunt, vnde hoc dictum originem trahit.
- 24 Ius autem dicitur ars boni, & æqui, vt d. l. 1. C. de leg. & æquitas pro iure ſumitur, videlicet pro iure naturali ratione dictante, vt per Doct. in d. l. 1. ff. de iuſt. & iur. & ius quandoque rigorem ſignificat, d. l. 1. C. de leg. Sed inter æquum, & æquitatè aliqua differentia aſſignatur, ſicut inter ius, & iuſtitiam, Bolog. d. tract. de leg. iur. & æquitate. capitu. 18. num. 1. qui teſte Ariſtotel. ait, æquitatis obiectum eſſe æquum, & bonum. Rurſus diuerſam eſſe dicunt, rationem ab æquitate, per l. diuus. ff. de in integr. reſtitu. Tiraquel. de retract. conſangu. §. 34. glo. 1. nume. 25. & 26. verum æquitas, & ratio

non ſunt diuerſa, ſed vna procedit ab altera, tanquam caliditas à motu, qui eſt cauſa caloris ſecundum Phil. Iuſque idem boni, & æqui requiritur in parte, quod in toto, Gab. Bud. de Pign. & hypoth. nu. 41. prout in omnibus indiuiduis, & inſeparabilibus, vt inf. ſub nu. 138. & infra circa hoc aliqua vtilia tradam.

- Et inter æquitatem, & rigorem nulla eſt diſcrepantia quo ad iuſtitiam, quia alter alteri cedit, ſunt eiufdem volùtatis, & ambo iuſtitie filij; ſed ex circumſtantijs, quæ in iure variant, modo inſurgit rigor, modo æquitas, & quandoque cõuertuntur, text. in l. aut facta & ibi Doc. ff. de pen. vi. nu. 33. par. 3. vbi rigor pro æquitate, & æquitas pro rigore, nihilo minus ſicut frater, et ſoror aliquãdo ſunt diſcordes, ſic æquitas, & rigor, vt inf. nu. 151. ſed vt plurimùm ſunt cõcordes. Quæ circumſtantiæ ſeptè modis cõſiderari poſſunt. Primo cauſa cur aliquid factum ſit. Secundo perſona, quæ & qua cõfecerit. Tertio locus vbi factum eſt. Quarto tempus quando factum eſt. Quinto quantitas facti, an magnum, vel exile ſit. Sexto qualitas quomodo factum ſit. Septimo euentus, an ſcilicet metu, vi, errore, dolo, culpa, caſu fortuito, bene, vel male factum ſit, vt de ijs omnibus apud Bald. in leg. 1. ſub num. 1. ff. de iuſt. & iur. quem vi, & meminit Stracc. trac. De mercatur. par. vlt. tit. 1. quomo. in cau. mercat. proced. ſit ſub num. 3. vbi de æquitate & rigore loquitur, ſumendo ſubtilitates, vel apices iuris pro rigore. Ad quod facit Abb. in c. ſi clericus, ſub num. 4. de for. compet. & ſtatim dicam, interim vi. Tiraquell. de retract. conſangu. §. 35. gloſſ. 1. num. 19. Couarru. var. reſol. par. 2. §. 6. ſub num. 3. & ſeq. car. 590.
- 25 Sed nos dicimus æquitatem, & rigorem eſſe, vnum talentum ſeu numiſma, in quo ab vna parte ſculptus eſt rigor, ab altera Aequitas, vel dicamus eſſe duo talenta appenſa filo rationis, vt in l. placuit, de iudic. & per ea quæ trad. Tiraqu. d. §. 6. gloſſ. 35. num. 25. verſi. quamuis vel dicere poſſumus rigorem, & æquitatem eſſe duo ſtatera tritumaria iuſtitie, prout in principio figurauimus, & eſſe fratrem & ſororem ambo iuſtitie filios, ſub nu. 3. natos ſimul in vnico & gemello partu. Sed quis eorum prior editus fuerit, non vidi, licet dici poſſet, niſi fuiſſet peccatum, lex in mundum introducta non fuiſſet. Apoſt. ad Galat. c. 3. Quid igitur lex, propter tranſgreſſionem poſita eſt. iuſto non eſt lex poſita, ſed iniuſtus. 1. Tim. c. 1. & quemadmodum mares à communiter accidentibus ſunt duri, rigidi, & aſperi, ſeueri, & punctuales, feminae vice verſa ſunt molles, flexibiles, blanda pax & miſericordes, ita de æquitate, & de rigore; quiniſmo vbi rigor deficit æquitas ſupplet, l. in ſumma, §. itè veritas, ff. de aqua plu. arc. hic taceat, quæſo illi dicentes, mulierũ genus eſſe auariſſimũ, cuius æquitatis exẽplo iudex multoties ſupplet vbi ius, vel pars deficit, vt inf. dicã ſub prædicamẽto ſubſtãtię nu. . . .
- 26 Aliqui fatagunt aliquã diuerſitatè ponere inter æquum, & bonum, moti ex l. 1. ff. de vſucap. & per l. hæc lege C. de pac. con. ſuper dot. vbi gl. bono publico dicit, inuẽtam eſſe vſucapionem ad communem, & publicam vtilitatem, cõtra æquitatem naturalem, quæ vult, quod nullus alienum poſſidere valeat bona fide, per l. quod noſtrum. de regul. iur. ſed glo. illa fortè intellexit de illa naturali æquitate non ſcripta, per quã omnia erant communia, & Luc. in cap. 6. de hac naturali æquitate, ait, quæ auferit, quæ tua ſunt ne repetas, & ita ſecundum ius naturale ſecundarium, vel ſecundum ius gentium primarium, vt per interpret. in Rubr. de iuſtit. & iur. Sed Stracc. dicto tractatu. de Mercatur. tit. quomo.

- 35 quomo. proced. &c. num. 2. reprobatur hanc diuersitatem inter bonum, & æquum, sed admittit tantum illam differentiam inter æquum, & bonum, quæ est inter bonum, & melius, sicuti æquo potest esse æquius, si seruus communis. §. quod vetero. ff. de fur. Blanc. de compromiss. q. 1. nu. 43. & per supradictos Doct. in loc. cit. & allegat.
- 37 Tandem inter ius, & æquitatem hoc interest, quoniam ius, seu iuris rigor, omnia recta, & inflexibilia ad amissum exigit; Æquitas verò de iure seu de rigore, multum remittit, ut ait Trent. in Adolph. & Strac. de mercatur. d. par. vlt. titu. quomo. procedi. ec. sub nu. 6. cir. fin. Tiraq. de retract. consangu. §. 35. glo. 1. nu. 5.
- 38 Ceterum rigor, & æquitas vtrique scripti (non ex propria nostra ceruice) esse debent, ut admoneat Bald. in rubr. C. de constitu. princ. col. 2. versicu. Quarto. Item licet æquitas de se bona sit; tamen quandoque est a bono separata, ut æquum simpliciter, & bonum simpliciter. Aliquid enim esse potest suapte natura bonum, ut bene facere, sed æquitas reuocat illud bonum ab indigno, ut toto titu. de ijs quib. ut indign. ut in malefactore consueto dinario, de quo supra nu. 17. & inf. & in Iudæo, sub nu. 641. vel bonum est vinum, & lætificat cor hominis, sed hæc bonitas nil habet commune cum æquitate. Verum si æquitas reuocat ab indigno ut in ingrato donatario, per l. si quando C. de reuoca. donat. nihilominus eadem æquitas restituit donationem, cui donauit, pœnitentiam agentis, & filij ingrati, si doleant, & reconcilientur, vel fiant Religiosi, nequeunt à Patre exhæredari, remittiturque eis, si Deo, & patri satisfecerint, pulchrè Benedic. in c. Raynurius. in versu. in eodem testamento. sub num. 39. 40. & 41. de testam. exemplo filij Prodigij, qui nedom habuit suam substantiã, quam dissipauit, sed ob pœnitentiam a Patre iterum receptus in gratiam fuit, amplexus tenere, stolaque candida indutus, anulum in digito fidei recepit, & pro eo vitulus saginatus occisus fuit, Lucæ Euang. c. 15.
- * Hinc est quod offensus, qui pacem offendenti donauit, per quam beneficio statuti ille gaudere potuit, iuxta terminos de quibus sup. in 4. par. sub nu. 79. & 304. & per Farinac. q. cri. 14. quia pœnituit, & veniam petijt, si antequam sequatur absolutio, iterum offendere tentauit offensum, ille beneficium pacis amittit tanquam ingratus, & immemor beneficij recepti, l. nec adiecit, ff. pro soc. plura accumulauit Benedic. d. ver. in eodem testamento, il. 2. à nu. 30. vsque ad nu. 38. & ob reiterationem delicti redditur incapax, l. auxilium, ff. de minor. & inf. dicam.
- * Et contra ingratos Diuus Bernardus sermo. 2. de septem panibus hæc dicit, peremptoria res est ingratitude, hostis gratiæ, inimica salutis, qua de re cessante pace cessat beneficium pacis, Tiraq. in tract. caus. cessan. sub nu. 116. & 198. Nec pax habita post sententiam prodesset, quando non daretur appellatio, sed pendente appellatione sic, nisi rumpatur, ut supra Gomez. varia. resolut. de delict. cap. 3. nume. 69. Plac. epit. delict. c. 39. nume. 27. Franc. Decis. 370. num. 19. vol. 2. & latè dixi in 2. par.
- * Cui addo, quod si quis nolit palam inimico pacem petenti dare, quamuis contra eum via iuris non agat, tamen non potest in foro poli absolui, S. Thom. 2. 2. q. 25. ar. 7. 8. & 9. & q. 83. art. 8. hinc in Euangel. legitur, cum offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum: Matth. capit. 5. Straph. in Cas. conscien. 97. vbi responderet ad omnia contraria, quamuis parum allegat. Hæcque ipse dixi, postquam de pœnitentia ingrati, & de pace tetigimus. Nam æquitas in nullo melius adaptatur, quam circa spiritualia, ut suo loco dicam.
- * Redeundo igitur dixi, æquitatem quandoque separari a bono simpliciter, ut per Tiraq. de retract. consangu. d. §. 35. glo. 1. nume. 26. & 27. vbi appellat æquitatem tanquam genus, in qua comprehenduntur species, ut puta remissio, facilitas, fauor, mansuetudo, misericordia, mollicies, & dispensatio, nume. 28. item remissio pro indulgentia, ut in titu. de pœn. & remiss. & de ijs, & de alijs inf. passim dicitur. Postremò Tiraq. d. num. 29. concludendo dicit, æquitatem potissimum, mente, sententia, & voluntate niti; ius autem strictum (hoc est rigor iuris) verbis, & scripto. Et quæ hæcenus dicta sunt circa quidditatem, & qualitatem, ac differentias vtriusque, postea latius, & vtilius explicabuntur in singulis Rebus per. discursum.

DE LEGE.

40 Sicut via vitæ ita lex lux est, & interpretatio disciplina, Proue. c. 6. Primo igitur de lege breuiter, & resolutione dico, quod ad legem condendam duo potissimum requiruntur æquitas materia, & authoritas legislatoris. lex ergo multipliciter sumitur, pro lege naturæ, quæ appellatur ratio naturalis, qua Deus O. M. donauit hominem, & quam digito suo inscripsit in corde hominis, & quæ consistit in rationali parte animæ ijs tribus præceptis, honestè viuere, alterum non lædere, ius suum vnicique tribuere, ut in l. 1. & ibi omnes repeten. ff. de iust. & iur. vnde Dauid Psalm. 4. dixit, signatum est super nos lumen vultus tui Domine; & alibi lex tua in corde meo semper.

* Item lex, ut inquit Cicer. de leg. est ratio summa insita naturæ, quæ iubet ea, quæ faciendæ sunt, prohibetque contraria; eadem ratio in hominis mente confirmata & confecta lex est.

41 Ratio verò est mentis aspectus, qui bonum, malumque discernit, itaq; arbitrantur prudentiæ esse legem, cuius ea vis, ut rectè facere iubeat, vetet de linquere, eamq; rem Græci putant, Nomon, suum cuique tribuendo, appellatam. Nostri autem dixerunt legem à legendo, ut illi æquitatis, sic nos intellectus vim in lege ponimus, & proprium tamen vtrumque legis est, quod si ita rectè dicitur, a lege ducendum est iuris exordium. Ea est enim natura vis, ea mens, ratioque prudentis, ea iuris atque iniuriæ regula, ut apud Georg. Vall. Placent. in tracta. suo de reb. expeten. & fug. lib. 41. c. 2. de leg. legitur. & vi. sup. nu. 26.

42 Sed lex (de qua primo loco diximus, coarua fuit cum ipso homine) ut inter nostrates dixit Decia. De delict. tom. 1. lib. 2. tit. de leg. & potent. eius crescentem verò malitia passim aliæ leges inuētæ sunt, ius gentium, Mosaicæ, Propheticæ, ciuiles. Euangelicæ, Canonicæ, & Apostolicæ, successiuè traditæ fuerunt, de quibus, & earum temporibus distinctè tradit Robert. Marant. (ultra alios) Specu. Aureus, in sua prac. de ordi. iudic. part. 3. per tot. & per Decia. loc. mox allegat. ad quos me remitto: satis est quod tota lex Euangelica, Apostolica, & Canonica fundata est in æquitate, & charitate. Et nota, quod aliud est, esse in lege, & aliud sub lege, qui est in lege, secundum legem, agit,

agit, Qui est sub lege, secundum legem agit. Ille ergo liber est, iste seruus. Aug. super. Psal. 1. At instituti nostri est, in his omnibus scire, quādo in iudicijs seruandus est rigor, aut æquitas legis.

- * Et ideo alia methodo, & vtiliori in foro fori dicitur, quod lex est norma scripta, seu constitutio
 43 sancta, iubens honesta, prohibens contraria, sicut colligitur ex not. in rubr. & l. 1. ff. de leg. & senatus cons. vbi quid iustum, honestumve sit optima ratione, dicitur & præcipit, scilicet, vt à malo caueamus, & bonum amplectamur. Lex namque vetat, permittit, præmiat, & punit, & pœnam transgressoribus indicit, mandatque eius præcepta seruari, & quod ab eis exequatur, qui habent ius.
 * Vel lex dicitur donum Dei, æquitatis forma, norma iustitiæ; imago diuinæ voluntatis, custodia salutis, vnio populorum, regula officiorum, exterminatio vitiorum, & totius iniuriæ pœna, Alber. in suo Dict. eo. verb. lex. quæ pœna exequitur ius ab eis qui habent dicendi, & quibus data est potestas à lege, vel ab homine, vt l. 2. ff. de orig. iur. vi. Bologn. d. tract. de leg. iur. & æquità. cap. 14. nu. 8. & 9. vbi etiam tractat de lege Mosaica in illis duabus tabulis, de quibus in Exod. cap. 19. Deuter. c. 5. quibus tabulis, cui legi Populus Hebræus idola trando contradixit. Nō sic fideles Christi qui eius legem scriptā in cordibus semper tenere debent, vt ait Apostol. ad Hebr. cap. 8. scimus enim quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur. 1. Timor. c. 1. & qui ab obseruantia legis Christi discedit, apostata dicitur, sicut apostol. ad Galat. 3. vbi sic stulti estis, vt cum spiritu ceperitis, nunc carne consumamini. Apostatazatur enim triplici modo. Primo cōtemnendo sacros canones, 3. q. 4. & cap. si quis, de maior. & obed. Secundo quando receditur à fide, 2. q. 7. si potest. 3. quando sponte transgrediuntur præcepta, Genes. 3. sed quicunque totam legem seruauerit, offendit autem in vno, factus est omnium reus: sic intelligitur, quia omnia præcepta sunt vnum in charitate, offendendo in uno, offendit charitatem, & sic reus est omnium cum sit reus charitatis; stat tamen, quod minus offendat charitatem, in illa virtute, quam complectitur, licet minorauerit illam uirtutem, non tamen in totum illam perdidit, maxime si tantum uenialiter in uno offenderit. S. Aug. ex libr. Episto. 1. Io. c. 1. & infra sub nu. 56.

44 Romanis uerò traditæ fuerunt leges duodecim tabular. ab Athæniensibus, de quibus latè scripserunt Franc. Baldus. Iacob. Reuar. Zasius. Ludouic. Charcond. & alij, vt in tract. diuerso. tom. 1.

- * Leges diuinæ quæ ante incarnationem, & aduentum filij Dei, loquebantur in figura, per aduentum ipsius iam sunt anni. 1606. finem, & implementum receperunt. Et successiue lex gratiæ euāgelij, quæ durabit usque ad consummationē mundi. Matth. cap. 5. Donec transeat cælum, & terra, iota vnum, aut unum apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Sed plenitudo legis est dilectio. Matth. cap. 22. Paul. ad Hebr. c. 7. & 8. quid hodie dicemus? nomine tantum christiani sumus. hoc præterire nolo quod etsi solus conatus, quo ad leges humanas non sit punibilis, ut dixi in 4. part. sub num. 196. tamen lex diuina illum punit, nisi peniteat. le. cogitationis. ff. de pœn. ut in decalogo, rem, uel uxorem alterius non concupisces, ut non mœchaberis.

46 Ad leges humanas dirigendo propositum nostrum quæ à Diuina lege deriuantur, ut ait S. August. de liber. arbit. lib. 1. illæ normam dant omninationi, cuius effectus est rectè uiuendi, & iudiciæ-

- di, neminē lædendi, & transgressores puniendi, & hæc prima lex in naturali ratione semper dicitur loqui. l. Arrian. ff. de leg. l. 1. ff. de cond. ex. leg. Bar. in l. illicitas. de off. poss. nec mutatur, §. fed & natu
 47 ralia. instit. de iur. nat. gent. & ciuil. cetera uerò leges humanæ, (præter hanc primam naturalem) per non usum, aut per contrariam legem tolli, & mutari possunt, Cy. & doct. in l. fi. C. de iur. dom. impetr. glo. & Doc. in instit. proœm. in fi. Bart. & Alex. & alij omnes in l. de quibus. ff. de leg. Nam & si ab initio & ex causa, & rationi suadentibus, aliqua lex facta fuit, tamen si per accidens, cursu
 * temporis frustratoria, vel effectum contrarium parere compertum sit, unde ad id quod magis equū, honestum & opportunum, reduci potest, & debet vt ait quoque Constant. Roger. tract. de leg. potēt. capit. 1. nume. 4. & 7. qui dicit leges promulgatas
 48 esse ad finem vt mūdus eis gubernari, regi que possit, regula legis scriptæ, & ministerio hominis, sic Imperator in pro. Instit. in primo unde si aliqua lex hunc finem non sortiatur, vel in totum tolli, mutati, vel corrigi, aut emendari debet. Nā quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex causa. de interrog. act. l. si iure. ff. de re iud. Et bene dicitur quod si lex sit iusta, & æqua, cum rationabili dictamine scripta stat semper in suo robore, & in uiridi obseruantia, vt d. l. Arriani. cum concor. ff. de leg. secus si capriciosè facta sit, vel si ratione morum introducta sit: nā quemadmodum mutantur mores; ita mutatur lex. cap. cum cessante de appellat. hinc dicitur nunc aliud tempus alios mores exoptulat, nimirum, si qui diu uiuit, videat quod videre piget: & quoniam illa ceteris præstantior legum & statutorum interpretatio, quæ à consuetudine obseruata fuit. l. minime. l. de quibus. l. si de interpretatione. ff. de leg. sed si consuetudo sit iniua, & iniusta, capritiosa, & exorbitans, non tenet vt. l. 1. C. de leg. similiter quando est contra ius diuinum vt infra sub. nume. 536.

Et quandoque absintus, aut venenum pro medicina sumitur, quandoque de duobus malis minus eligitur, Hinc fiunt leges pro tolerandis meretricibus, vel pro vsura de iure ciuili, quia quo ad meretrices permittitur pro minori peccato satis est, & in aliquibus partibus ad fugiendum vitium nephandum, introductum est, ad quod uidendus est Seraph. in centum casib. cons. Caf. 63. vt in certis regionibus in quibus mulieres, licet honeste tamen ferè toto nudo pectore ad umbilicam foris eunt, vel quod meretrices per totam urbem sparsim habitent, melius esset in ergastulo morari, vel in Gheto, vt morantur Hebræi, sed etiam quo ad Hebræos in quibusdam ciuitatibus, lex ista parum seruatur. Vnde quo ad vsuras permittuntur, ne furta fiant: verum enim uerò non excusantur legi iatores, neque qui talia passi sunt à peccato, quoniam non sunt facienda mala ut eueniant bona. Paul. Apost. ad Rom. capitul. primo, & in ter. c. super eo. de vsur. cum alijs text. concor. & ibi gl. tex. in c. magnopere, tit. ne cleric. uel Monac vbi Host. Ioan. Andr. & alij distinguentes. & tex. in cap. ne quis, & in c. faciat. 22. quæst. 2. cap. relegantes, hæc per Tiraqu. de pœn. temper. caus. 52. nume. octauo. Nihilominus Loth obtulit filias, ne Sodomia committeretur. vi. Seraph. Caf. cons. 63.

50 Et licet supra dixerim, quod leges uentant, & puniunt, tamen aliquando euenit quod lex prohibet equitas tollerari, sed non approbat, l. si ita vulnerat. ff. ad leg. A qui. facit c. detenor. et seq. & c. merito.

6. q. 1. tollerantur transgressores, quorum non est desperanda salus. c. recedite, & 50. distin. confiderandum. Abb. in c. dilecti. de excep. c. vestra. de eo hab. monac. vbi Dominus tolleravit patrū excusationes circa leges, & præcepta humana qui ob periculum vitæ legem aut præceptū transgressi sunt. secus in diuinis, quoniam diximus, nec vis præcisa excusat. Nam qui amat plus se quam Deū, non est dignus Deo, sed quandoque tolleramus illos quos corrigere non valemus. 23. quæst. 7. c. primo in fin. vnde & Iudas tolleratus est, adeo quod non est fidendum, si quandoque quis tolleratus sit. quoniam exemplis non est iudicandum, sed legibus. l. nemo. & l. non exemplis. Cod. de sentent. & interloc. omn. iud. bene verum est quod doctrinæ gratia vnum exemplum allegare sufficit vt in d. l. ita vulneratus. ad l. Aquil. item quando sumus in dubio, quia exempla iuuant ad decisionem causarum intellige de exemplis maiorum, & non priuatorum, vt per Damas. Reg. 92. & quod exempli causa ponitur ad omnia similia extenditur, l. damni, la 2. in fi. ff. dam. n. infect. dummodo exempla non sint perniciofa, l. si quis aliquid. §. quia abortionis. de pen. l. exemplo. C. de probat. l. fin. C. de ijs qui latro. occid. At Venetijs exemplis, & casibus sequentis iudicatur.
- 51 At tollerantia differt à permissione, nam prohibitum facit cessare permiffum, non autem tollerantiam, Deci. in leg. 1. §. idem quæritur. ff. de aq. quot. & æsti. facit Roger. de leg. poten. versi. congruum.
- 52 Rursus quod rigor legis punit æquitas quandoque benignè indulget, vel temperat. l. statu liber. circa princip. ff. de statu. liber. Bar. in l. 1. circa fin. C. de leg. & hoc quando sumus in casibus non dolis de quibus latè scripsi in 4. part. sub nume. 74. cum sequ. vbi de causis pœnam minuentibus, & latissimè per Tiraqu. de pen. temp. per tot. Nam
- 53 vbi dolus cessat, vtique cessat rigor pœnæ ordinaria, vt in d. 4. par. sub num. 167. & 171. item intellige quando culpa non præcessit casum. c. sine culpa de reg. iur. in 6. Bar. & alij in l. quod Nerua. ff. depositi, & culpa cessante cessat etiam pœna extraordinaria. Boss. in titul. de homicid. sub 67. 83. vbi tradit quando culpa cessat. Verum vbi aliqua culpa reperitur, etiam sine dolo punitur. l. respiciendum. ff. de pen. dixi in 4. par. sub nu. 171. cum sequ. est tex. in l. congruit. ff. de offic. præf. l. ita vulneratus, ad leg. Aquil.
- 54 Culpa autem casum præcedere dicitur, quando quis dat operam rei illicitæ dicto, vel facto, scienter, nam in ignorante non cadit culpa, nisi ignorantia esset crassa, & supina. cano. omnes. in cap. cognoscentes. vbi Dec. num. 3. & 4. cum sequ. de præbend. Menoch. de arb. cas. 185. nume 4. idem quando daretur opera rei licitæ, sed putator, non acclamaret guarda guarda, l. putator. ad leg. Aquil. qua de re Florentiæ fuit condemnatus quidam paterfamil. ad pallium rasciæ nouum emendum. D. Bonifegniæ, cui aqua suum è finestra proiecta deturpauit, sine clamore guarda, guarda; hodie aliquod signaculum ligneum protendens in via ponitur, vel culpa casum præcedit, quando quis rei ad se non pertinenti se immiscet, d. l. culpa de regul. iur. vel quando vir sanæ mentis nõ facit quod prudens fecisset. Bart. in l. Vranus. ff. de fideiuss. & Caroc. ritu. de loc. & conduc. p. 2. tit. de cas. & perie. ait culpam præcedere casum tribus modis. Primo de quo supra, secundo, si facit contra pactum, & conuentionem. limita nisi pro parte altera causa data fuerit, nam frangenti fidem, tu frangas eadem, Fely. in cap. dilecti, nume. 9. vbi add. de except. dixi in 2. par. nume. 316. Tertio si culpa contingat facto Domesticorum, verum maior culpa est in committendo, quam in omittendo, l. si cuius. §. de præteritis, & l. mora. vbi glo. ff. soluto matrim. l. excipiuntur, & l. lege Cornelia. ff. ad Senatusconsult. Syllan. l. si vsusfructus. §. denique. ff. de vsufr. vbi Bar. Bald. & Ang. sed minor culpa est quando causatur ab alijs. Doctor. in d. l. quod Nerua. ff. de po. nisi tu cum prohibere potueris non prohibuisti. arg. l. culpa caret. de regul. iur. quando autem culpa sit mediata, vel immediata. trad. Felyn. in capit. cum inter. colum. decima, post med. versi. ca. non obstat. de except. & dicam inf. sub nume. 663. cit. fi.
- 56 Culpa lata regulariter non æquiparatur dolo. gloss. in l. lege Cornelia. C. ad leg. Cor. de Sicar. trad. Plot. in l. si quando. §. sexto, nume. 32. de in lit. iurand. quod intellige in dispositione, quæ dolum expressè requirit, vt est in occidendo hominem liberum, l. prima, ad leg. Corn. de Sicar. vbi Marf. item quando delictum sui natura habet annexum dolum, vt quando scienter, quod ius saltem naturaliter verat. vt furtum facere, & occidere. Secus si quis volens occidere bannitum, (qui impunè, per statutum occidi potest) occidat alterum per errorem, nam tunc opera rei licite dabatur. & in ijs terminis contra Barto. in l. si cum seruo, ff. de iniur. tenet Ange. & bene & pro hac par. Rui. n. consil. 2. primo quæritur, nume. 6. volum. 5. Bald. consil. 277. in causa Gughelmi, volum. secundo, Abb. consil. 4. libro primo, Cephal. consil. 577. nume. 24. volum. 4. Decian. consil. 85. num. 28. volum. 2. facit Bertazol. consil. 166. num. 24. libro primo, & consil. 10. eo. Boer. Decif. 217. Alciat. in l. magna negligentia. nu. 4. de verb. sig. Marf. singul. 276. Tiraq. de pen. temp. causa. 14. Secus si daretur opera rei illicitæ nullo modo permiffæ, quia esset puniendus tãquam dolosus, etiam quod alium per errorem occidisset, quando alterum occidere volebat. vt dixi, par. 4. sub nu. 55. & in ijs terminis opi. Bar. est vera.
- * Præterea vbi pœna tantum pecuniaria venit, culpa lata sine dolo sufficit. secundum Bal. in l. data opera. col. 3. versi. sed respondeo. C. qui accu. nõ poss. limitarem nisi pœna esset tam magna, quæ æquiparetur pœnæ corporali, ad trad. per Bald. in l. parentes. C. de test. & quamuis culpa sola (vbi pœna pecuniaria descendit à crimine, etiam de rigore iuris, pœnam non pateretur, vt tenet Cyn. in l. si quis non dicam. C. de epis. & cler. Bolog. consil. 28. nu. 20. tamen de consuetudine aliter seruatur. vt in 4. par. sub. nu. 253. cum sequ.
- Quinimo de rigore iuris, nedum in foro poli, sed etiam in foro fori quandoque qui peccat in vno, factus est omnium reus. l. quo naufragio. ff. de naufragio, supra ante nu. 44. nam per illam legem cauetur, quod ille qui temere eripuit vnum clauum tantum de Naui, ob quem nauis sumersa est, tenetur de Naui, & de omnibus in ea immiffis, & onustis. §. in hac quoque, institu. ad l. Aquil. Man tua. sing. 152. idem dicitur de eo qui eripuit clauum è ferro equi. nam per vnum clauum amittitur ferrum, & per vnum ferrum equus redditur mancus, & ideo miniscalus tenetur ad emendam equi. Bonacoss. tract. de equis. q. 459. & alibi. & hinc alias dixi, quod Reatus omne priuilegium tollit in 2. par. sub nu. 126. quando rea mente fit illicitum, & reamens facit linguam ream, tex. in ca. 3. nu. 22. q. 2. ideo caue, nec qui profiteris proximum diligere, ne cogitate dicas, aut scribas aliquid mali, vel iuris

ris citra animum illud obseruandi. & vide Decia. de delict. tom. 2. c. 10. nu. 14.

An autem delinquens in dubio, dolo, vel lata culpa, aut leui, casu, vel aliter deliquisse trad. Put. de syndic. in verb. pena. capit. 8. & dico quod consideratur præcedens causa, & qualitas delinquentis. Si causa fuit vrgens, & delinquens manu promptus, crede quod data opera deliquit, vt pluribus in locis aduertitur. in 4. par. & facit ad declarationem statuti Mantuæ in Rubr. de homicid. §. de quo in 4. par. à nu. 164. vsque ad num. 190. vbi in proposito rigoris, & æquitatis. & de omnibus speciebus culpæ. vi. Capr. Reg. 78. Diaz Reg. 540. & latissime Mascari. de probat. conclus. 465. & 848.

Uterius, ad legis materiam redeundo, lex, aut est prohibitiua, aut annullatiua, vel pœnalis, & sæpe duo concurrunt prohibitio, & pœna, quandoque hæc tria, prohibitio, annullatio, & pœna. Primo casu quando lex simpliciter prohibet, actus est nullus, sed ope exceptionis coadiuuari potest, le. non dubium. vbi Docto. ff. de leg. secundo. Casu actus est nullus, nec aliquo prætextu sustineri potest, c. quæ contra ius, & ibi Dyn. nume. 9. de reg. iur. in 6. Tertio autem casu, nullo modo valet, immo qui actum facit, punitur. Bart. in l. 1. ff. de ijs quæ pro non script. Docto. in l. prætor. ff. de nou. oper. nunciat. & facit in propos. Caualea. Decis. 17. nume. 31. 32. & 33. part. 1. vbi quando lex assistit actui, & quando resistit ante vel post actum. At si statutum imponat pœnam alicui facienti id quod est inter actus indifferentes, tunc pœna soluta, factum subsistit, l. 1. §. Diduum. ff. quan. appell. sit. Iacob. de Beluif. in sua præct. titu. Quotuplices sint causæ. num. 188. sed Bal. in l. certa. col. 1. nu. 3. C. quan. prouoc. non est necess. dicit, quod si lex annullat actum simpliciter, actus statim est nullus, sed si lex annullandi modum tradat, tunc actus non fit statim nullus, sed peti debet quod annulletur, siue cassetur, & sic in primo casu sat est declarare, in secundo debet sententia diffinitiuæ sequi.

57 Rursus dispositio legis in tantum durare debet in suo robore, quod omnino legis ad legem cõcordia fieri debet toto posse, ne leges inter se contrariari videantur, l. præcipimus. in fi. C. de appellat.

58 iura enim iuribus sunt concordanda, §. quibus. in prima constituit. Cod. sicuti laudabilis semper fuit reconciliatio diuersarum opinionum inter Doctores, Afri. in sua præct. §. 3. ca. 34. nu. 2. Quæ de re si duæ leges prima facie videntur habere aliquam con-

59 trarietatem, & repugnantiam (quamuis vna sit posterior altera) cum clausula non obstante quacumque; alia lege, non per hoc tollitur, quominus non sit facienda benigna interpretatio, ad effectum, vt si fieri potest, repugnantia, seu contrarietas euitetur, gl. ord. in auth. de hæred. quæ ab intesta. circ. prin. in versi. euacuatus. Bar. in l. sciendum. & ibi gl. ff. qui satisda. cog. Doct. in l. nam & posteriores. ff. de le. Ro. consi. 40. nu. 5.

60 Et vbi æquitas suadet illa iura, siue ciuilia, siue canonica, sunt præferenda, hinc ius ciuile præferunt iuri canonico, si pro ciuili adest æquitas, & eod. tra. vt concludunt Cano. omnes in c. at si clerici. de iudic. vide 10. dist. tex. in c. leg. ex. de constitut. c. 1. & di. 20. c. 2. Damas. Reg. can. 87. in causa spiritali, & peccati. vt in ijs præcipue quæ versantur circa fidem, authoritatẽ Pontificis, & Sedis Apostolicæ, ac libertatem, & immunitatẽ ecclesiasticam, et circa præcepta diuina, & canonica, atq; Pontificia. vt in Concil. Trid. De reformat. sess. 25. c. 20. quicquid dicant contrarium sentientes, quoniam non sunt miscenda sacra prophanis vnde Ouid. episto.

Did. à Cne. Pone Deos & quæ tangendo sacra prophanas, non quia etiam leges ciuiles non sint appellatæ largo modo sacre, & sacratissime, vt l. leges sacratissime: C. de leg. & constitu. Princ. & appellatur quoque lex ciuilis sanctio sancta. l. 2. §. erat enim. C. de veter. iur. enuclean. id Imperator nomen probet aut titulum legibus, quando conueniunt cum sacris canonibus, vt in euitando mala, & faciendo bona vt ibi: & quando leges sunt approbatae à canonibus, tunc & leges recte canones appellantur, & tunc ducunt nos ad beate beneque viuendum. Abb. in c. & si necesse in fi. de donat. inter vir. & vxor. Rip. in rubr. de constitu. num. 29. vbi habes quot modis canon accipiatur. num. 28. nu. 30. ait quod decretum sit constitutio Papæ, cū consilio Illustrissim. Cardinalium, & nu. 31. quod sanctio legum ideo dicitur quasi nocentium sanguine cõsecrata: & ante nu. 36. dicit quod dogma est lex docens fieri scientiam, quæ est vera doctrina & ceterarum scientiarum viaticum, c. qui sine. 26. q. 2. glo. in c. satis. 96. distinct. qui vero contraria dogma docent, deuiant à fide vera: sed quia sacri canones respiciunt pertinentia ad animam, & sacrae leges ad corpus, & vsque apud Ethicos quoque illud ministerium obseruatum ianitorum, cum prophanis non liceret sacris quibusdam interesse & de hoc sunt plura iura. 1. Paralipo. c. 9. & 26. 2. cod. c. 34. in iure cano. c. pro lectis. 25. distinct. c. ostiarius. 23. distinct. c. in ea. 50. distinct. & dicitur prophanum quasi procul a fano & a rebus tēporum. Varro. lib. 5. De long. lat. Vnde Virg. Procul, ò procul este profani. conclamant Vates. in 6. Aenei. & sacrum esse quicquid est quod Deorum: vt Macrobius dicebat, libr. 3. Satur. capit. 3. Nam indistinctè in spiritualibus ius canonicum omnino præualeat, & illud vbique attendi debet: c. fi. de præser. c. 1. vbi glo. de dol. & contuma. Ioã. Andr. in reg. possessor. lib. 6. Bal. in l. priuilegia. C. de sacr. sanc. eccles. Abb. in ca. quod clericis. de for. competen. Et semper in dubio in hærendum est iuri canonico, vbi vertitur periculum animæ, sicut in materia vsuratum, Simoniæ, periurij, matrimonij, & huiusmodi. Quoniam dispositio iuris canonici inheret iuri diuino, ergo præferri debet. Bal. in l. 2. C. quem ad. test. ap. sacrisque canonibus Imperatores humiliter parent. c. 1. de oper. nou. nuntiat. & tot. tit. C. de episc. & cler. Iustinianus. §. dum erat catholicus, sacros canones diuinos appellauit, & S. Aug. in tract. 6. cap. 1. ait ad Io. Diuinum ius in scripturis habemus, humanum ius in legibus Regum, illæ vero profanæ leges appellantur, canones vero sacrae leges. Concil. Triden. sess. 25. De reformat. sac. & leges non dedignantur sacros canones imitari. auth. vt clerici apud propri. episcop. cir. fi. cuius priuilegio, nec tacite nec expresse renuntiare possunt, quia priuilegia clericorum sunt de iure diuino. Caualea. decis. 27. nu. 31. & 32. par. 1. Fel. in c. 1. de maior. & obedi. Pileus. §. 140. vol. 1. Ferret. conf. 141. vol. 1. Host. in c. si diligenti. ext. de for. cõpet. Soc. Vig. 419. vers. Quinto, & quod ponitur in authentica diuina scripturam, non licet disputari an rectum, vel falsum sit, absit, Quis autem nesciat, Sanctam scripturam canonicam tam veteris, quàm noui testamenti certis suis terminis contineri, ea que omnibus posterioribus episcoporum literis ita præponi vt de illa omnino dubitari, & disceptari non possit, vtrum verum vel vtrum rectum sit quicquid in ea est constitutum. S. August. ex libr. de Baptist. libr. 2. capit. 1. At alia ratione canones legibus præferuntur: nam quando concurrunt duo iura, potentius præualeat. leg. minor autem. ff. de